

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 2. pro iis qui sine baptismo decesserunt?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

260 TRACTATUS V.

rum, sic dicens: Mysteriorum consciī Discipuli Salvatoris, & sacri Apostoli in tremendis & vivificis Mysteriis, memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, sanxerunt.

S. Aug. Serm. Et idem Divus Augustinus in alio loco ait:
31. De verbis Hoc enim à Patribus traditum universa ob-
Apostoli. cap. servat Ecclesia, ut pro eis qui in Corporis &
21 sanguinis Christi Communione defuncti sunt,
cùm ad ipsum Sacrificium loco suo commemo-
rantur, oretur, ac pro eis quoque id offerri
commemoretur.

S. Chrysost. Non temere, ait S. Chrysostomus, ab
hom. 69. ad Apostolis, hac sancta fuerunt, ut in tremen-
pop. Antio- dis Mysteriis defunctorum agatur commemo-
sh. ratio. Sciunt enim illis inde multum contin-
gere lucrum, utilitatem multam. Cùm enim
totus consisterit populus, extensis manibus,
Sacerdotalis plenitudo, & tremendum propo-
natur Sacrificium, quomodo Deum non exo-
rabimus pro his deprecantes?

S. Isidor. De Sacrificium, ait S. Isidorus, pro defuncto-
Off. Eccle- rum Fidelium requie offerri, vel pro eis orari,
fast. cap. 18, quia per totum hoc orbem custoditur, credi-
mus, quòd ab ipsis Apostolis traditum est.

Quæst. 2. Potest-ne Missæ Sacrificium pro
iis offerri, qui absque Baptismo decesserunt?

Resp. Non potest, neque etiam pro iis, qui
in hæresi mortui sunt, cùm nullum possint à
S. Aug. lib. Sacrificio fructum percipere. Noli credere,
30. De Origine ait S. Augustinus, nec docere, nec dicere, Sa-
animæ. cap. crificium Christianorum pro his, qui non bap-
21. tizati de corpore exierunt, offerendum, si vis
esse Catholicus.

Quæst. 3. Potest-ne Missæ Sacrificium of-
ferri pro peccatoribus, pro Hæreticis, pro
schismatis, & infidelibus?

Resp. Responderi potest cum S. Thoma,
posse offerri Sacrificium pro iis, qui actu